

DIARIUM
PHARMACORVM
PARANDORVM,
ET SIMPLICIVM
LEGENDORVM,

A

MATTHIA LOBELIO collectum.

IN uniuersum annum optime instructurus officinam Myropola, per dies & menses operariis, famulis & officina caculis iniungit quæ faciendæ sunt; quia nonnulla medicamenta omnitempore parari nequeunt: quorum quidem aliqua si concinnari possent, tamen non debent, quia omnia simplicia suo tempore, & in summo virium vigore (ut scite Diosc. & Gal. docuere) colligenda, recondenda, preparanda, & aliis miscenda. Nonnulla uero quouis anni cardine, solo & calido, vel minori sumptu preparantur, & miscentur. Exemplo igitur sumpto ab iis qui opera locarunt, exordium sumemus.

IANVARIO.

MENSE primo & anni primis diebus perlustranda quæ supersunt valida & integra in officina; ut vitiata, cariola, antiquata, depravata & putrefacta abiiciantur;

tur; ut & quæ desiderantur, inveniantur,
& absumpta restituantur.

FEBRUARIO.

QUÆCUMQUE imperata sunt mense
Ianuario, fieri possunt hoc & sequenti
mense. Et circa finem in regionibus cali-
dis, in quibus omnia præcocia sunt, collige
Violas ad syrupi præparationem, Con-
servationem sive Conditum, ad Oleum,
& ad pulveres cordiales siccatas servan-
das; quas & tardius colligere potes, ut sic-
ciores sint, & calor maior adsit ad siccan-
das eas.

Collige item Keyri.

RADICES COLLIGENDI
TEMPUS.

Circa finem Februarii initio Martii, &
primo Vere collige radices in varios usus,
priusquam vis in folia erumpat.

Censuit tamen Dioscorides, omnes in-
cipiente foliorum defluvio esse legendas,
& celo sereno: cui in quibusdam Galenus,
Avicenna & Mesues consentiunt; in aliis
diversa sentiunt.

MARTIO.

RADICES quovis anni tempore col-
ligi

ligi possunt, quæ hominum cultu & sa-
tione crebra in omnem anni partem vege-
tæ incidunt: quales fere sunt hortenses
alimentosæ, ut

Apii vulgaris
Buglossi utriusque
Betæ
Lactuæ
Intubi
Oxalidis
Raphani
Napi
Pastinacæ
Sisari
Cepæ
Porri
Allii.

Et præter has erraticæ,
 { Dauci
 { Gingidii
 { Caucalidis
 { Asari
 { Dracunculi
 { Cyclaminis
 { Periclymeni
 { Coryledonis.

Nam hæ quin-
que, ut bulbosæ
quædã aliæ, etiam

æstate, siccatis foliis, plenæ sunt, & fre-
quenter Autumno regerminant, alimenti
pinguis & crassi copia.

Silvius. Quæ vero solius naturæ sponte
crescunt, aut semel à nobis tempestive
feruntur aut plantantur, fere sunt opti-
mæ, solo aut Vere, aut (ut dixi) Autumno,
paucissimæ Æstate aut Hieme. Quin &
hæ quas multis anni partibus communes
diximus, sunt præstantiores, cum tempe-
stive satæ adoleverunt & vigêt: aliis vero
temporibus ignaviores, quando vi qua-
dam & olitoris opera & irrigatione co-
guntur adollescere sub cælo sibi parum
pro-

propitio; quale æstivum est ac autumnale
& hiemale. Sic Vere ipso, quando pri-
mum germinare incipiunt, nobis legentur
in annum

Enula	Hyoscyamus
Althæa	Angelica utraque
Iris	Anonis
Acorus	Afarum
Symphytum	Asclepias
Ruscus	Bistorta
Asparagus	Betonica
Petroselinum	Buglossum
Apium palustre	Carlina
Fœniculum	Caryophyllata
Bryonia	Centaurium maius
Agrimonia	Chelidonium utrū- que
Meum	Coryledon
Phu	Cynoglossum
Cyperus	Dictamnus albus
Rubia, quæ potius Autumno	Elleborus niger
Saxifraga	Esula maior
Eryngium	Farfara
Tormentilla	Filipendula
Pentaphyllon	Filix
Pæonia utraque	Filix florida
Polypodium	Gentiana
Gramen	Iarus
Lilium	Aron
Alni nigræ radicis cortex	Imperatoria Lepidium

Man-

Mandragoras	Pityusa
Narcissus	Cortex rad. Populi
Nymphæa	Sigillum Mariæ
Radix cava	Orchides
Capnos Plin.	Raphanus sylvestris
Rubus	& rusticanus
Scrophularia	Muscus arborum
Petasites	Cort. rad. Sambuci
Petrofel. Macedon.	Radices Ebuli.
Peucedanum	Cortex rad. Fraxini
Pimpinella	Cortex rad. Lauri.
Pistolochia	Corticis arborum.

HERBÆ ET FLORES.

Viola Martia ad
 Syrupum
 Conservam } in regione temperata,
 Oleum }
 & cordiales confectiones.

Keyri.

Aquæ distillantur ex Violis & herbis hie-
 me vegetis, ut Aqua

Vmbilici Veneris

Mandragoræ

Sempervivi

Capillorum Veneris.

Adiantum omne, Asplenium, Phyllitis.

In regionibus calidis Syrupi ex herbis re-
 centibus parari possunt, ut

Capillorū Veneris simplex & compositus.

Grana-

Grana hederæ arboreæ
Oculi Populi.

A P R I L I.

Quæcumque omnia Martio mēse, initio
Aprilis parari & colligi possunt.

Keyri Primula Veris

Narcissi flores ad oleum

Cochlearia Orchides Salvia vita.

M A I O.

Quæ prætermiffa sunt mense Aprili,
fiant initio Maii.

Diffillentur herbæ quæ ad statum per-
venerunt.

Herbæ quæ iam caulem producant, &
femen edunt illo mense, conservantur ad
Theriacam vel aliam compositionem. Re-
ponantur in altiori parte domus.

Unguenta ex succis fiunt.

Emplastra ex succis herbarum parantur.

Conservationes ex plantis.

Colliguntur

Abfinthii coma ad confer.

Eupatorium ad succum.

Paludapium

Fumaria

Daphnoides

Genistæ flores

Cichorium

Lactuca syl.

Seri-

Serides	Phyllitis
Lens palustris	Borago
Leucoia	Buglossum
Lichen	Bursę pastoris suc- cus
Mezereon	Limonium Germa- nicum, seu Pyrola
Napi semen	Ophioglossum
Plantago	Pulmonaria utraque
Lupulus	Rosę
Tamariscus	Rosmarini flores
Thlaspi semen	Flores Sambuci.
Vinca Pervinca	
Bugula	
Asplenium	

IVNIO, & initio IVLII.

Abrotonum	Cassia
Agrimonia	Centaurium minus
Alchimilla	Chamædrys
Altercum, sive	Chamæpitys
Hyoscyamus	Rosę in regionibus temperatis
Althęæ flores & fo- lia	Syrupi Ros. confer. oleum, unguen- tum, succus
Anethum	Betonica
Anthemis utraque	Brassica marina
Artemisia	Botrys
Asari folia	Branca ursina
Ballote	Cari semen
Calamintha mótana	Coriandrum
Calendula stillaticia	
Cardus benedictus	

Epi.

Epithymum &	Papaver Rhœas
Epithymbra	Parietaria
Equisetum	Parthenii sive Co-
Euphrasia	tulæ flores
Galega	Periclymeni flores,
Genistæ semen	& fructus, & folia.
Gratiola	Petroselini Macedo-
Hypericum	nici semen
Hyssopum	Phlomos
Iacobæa	Pilosella
Labrum Veneris	Polium
Laurus	Polygoni aqua &
Lyfimachia lutea	succus
Maiorana	Portulacæ succus &
Marrubium	stillaticia
Marum	Ros solis
Marricaria	Ruta utraque
Melissophyllum	Sabina
Mentha	Salvia
Menthastrum	Sanicula
Mercurialis suc.	Satureia
Millegrana	Serpyllum
Nepita	Scordium
Numularia	Verbena
Opium	Veronica.
Origanum	

IVLIO.

In regionibus temperatis, quæ præter-
missa sunt Iunio, facienda.

Quæ-

Quæcumque Solis fervorem requirunt, paranda, ut Theriaca, quæ in calidioribus regionibus parari solet Junio mense, ubi omnia sunt præcocia.

Parantur Trochisci Aliptæ moschata, quia mollescunt Ladanum & Styrax, si Soli exponantur.

Quod si quis eo tempore hæc neglexerit aut prætermiserit, licebit aquam Rosaceam addere calide, & vi caloris liquefiant, (sicuti balneo,) quod melius est, quia illa longa insolatio exsolvit vires odoratorum.

Apud nos quia semina serius maturescunt, insolatio & fermentatio Theriaces potest iuvare, & accelerari in balneo vel hypocausto.

Colligenda in regionibus calidis:

Abinthium	Sem. Sefeli
Abrotonum	Massiliensis
Ageraton	Sem. Lithospermatis
Coriandrum	
Dauci Cretici semen	Lupinus
Sem. Petroselini	Sem. Malvæ
Hydropiper	Flores Meliloti
Pulegium	Sem. Anethi
utrumque	Morus
Lavendulæ flores	Orobus
Ligustici semen	Capita & Sem. Papaveris utriusque
	Psyl-

432 DIARIUM PHARM. PARAND.
Pſyllium Sophiae ſemen
Ribes Tanacetum.

AVGVSTO.

Quæcumque neglecta aut omiſſa ſunt
præcedente menſe, ſiant Auguſto.

Colligenda:

Althææ ſemen	Fraxini ſemen
Sem. Cataputiæ	Milium
Cnici ſemen	Floſ Nymphææ
Cornus	Petum. Mel Peti
Cynosbaros fructus	Omphacium
Dauci vulgariſ ſe- men	Prunus ſyl. Sem. Sambuci &
Cucumis Elaterii	Ebuli
Rhamni Cathartici ſem.	Momordica Scordium
Polium	Sefeli Æthiopici ſe- men
Ricinus	Sem. Hyoſcyami.
Spica Lavendulæ	
Tribulus aquaticus	

SEPTEMBRI & OCTOBRI.

Antiſpodium è Myrro & Cydonio
Cortices Caſtanearum
Cotonea mala Halicacabum Meſpilus
Rhamni cathartici ſemen
Radices nonnullæ omiſſæ Vere novo. ur,
Iridum Pæoniæ Acori.

NO-

NOVEMBRI & DECEMBRI.

His duobus mensibus, Novembri videlicet ac Decembri, eadem erit ratio, si modo in eis cōtigerit eiusmodi cæli temperies, ut radices adhuc validæ nulla vel frigoris vel nivis tempestate cōcutiantur. nam sæpe iisdē mēsisbus contingit, ut sine ulla cæli iniuria Pharmacopœis quod reliquum est radicū in hortis remanentium, æque ac in præcedentibus, colligere liceat.

Sequuntur & nonnulla purgantia medicamenta M. Lobelii.

ALIQVOT

MEDICAMENTA

COMPOSITA

HABERE IN PROMPTV

OPERÆ PRETIUM.

DOLUM esse, si quis Compositis utatur, Villanovanus dixit, ubi in promptu habentur Simplicia: Variis tamen de causis nonnulla Composita pharmaca non minus utilia quam necessaria sunt. Prima & potissima, quotiescumque præcipites implicati morbi, eorumdemque sævissima symptomata adeo urgent,